Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dicens penitentiam agite appro
pinquabit enim regnum celorum
hic est enim de quo dictum est per
ysaiam phetam dicentem vox
clamantis in deserto parate viam
domini rectas facite in solitudine
semitas eius. Ipse autem iohannes
habebat uestimenta de pilis camelo
rum et zonam pelliceam circa
lumbos eius. Esca autem eius erat
locuste et mel silueste. Tunc ex
ibat ad eum iherosolima et omnis
iudea et omnis regio circa iordanem
et baptizabantur a eo in iorda
ne confitentes peccata sua. Videns
autem multos pharisaeorum et saduce
orum uenientes ad baptismum
suum dixit eis. Progenies uipe
rarum quis demonstrauit uob
fugere a uentura ira. Facite ergo
fructus dignos penitentiae ne ue
litis dicere intra uos patrem habe
mus habemus abraham. Dico
enim uobis quoniam potens est de
de lapidibus istis suscitare filios
abrahe. Iam enim securis ad radi
cem arborum posita est. Omnis ergo
arbor que non facit fructum bonum
excidetur et in ignem mittetur.
Ego quidem baptizo uos in aqua
in penitentiam. Qui autem post
me uenturus est fortior me est
cuius ego non sum dignus calce
amenta portare. ipse uos bapti
zabit spiritu sancto et igni. Cui
ue ventilabrum in manu sua et p
mundabit aream suam et con
gregabit triticum in horreum suum.
paleas autem conburet igni in
extinguibili. Tunc uenit ihe
sus a galylea in iordanem ad io
hannem ut baptizaretur a eo.
Iohannes autem prohibebat eum
dicens. Ego a te debeo baptizari
et tu uenis ad me. Respondens
autem ihesus dixit ei. Sine modo
hic enim decet nos implere omnem
iustitiam. Tunc dimisit eum.
Baptizatus autem ihesus confes
tim ascendit de aqua et ecce apri
sunt ei celi et uidit spiritum dei
descendentem sicut columbam
et uenientem sup se. Et ecce uoc
de celis dicens. Hic est filius meus
dilectus in quo mihi complacui.

Tunc ductus est ihesus in desertum
a spiritu ut temptaretur
a diabolo. Et cum ieunasset
xl. diebus et xl. noctibus postea
esuriit. Et accedens temptator
dixit ei. Si filius dei es dic ut
lapides isti panes fiant. Qui re
spondens ait illi. Scriptum est
non in solo pane uiuit homo sed
in omni uerbo dei quod procedit
de ore dei. Tunc assumpsit eum
diabolus in sanctam ciuitatem
et statuit eum super pinnaculum
templi et dixit ei. Si filius
dei es mitte te deorsum. Scriptum
est enim quia angelis suis mandauit
de te et in manibus tollent te ne
forte offendas ad lapidem pedem
tuum. Ait illi ihesus rursum
Scriptum est enim. Non temptab